



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

III. Diploma eiusdem, vt videtur, Jmperatoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

Diploma eiusdem, ut videtur, Im-
peratoris.

¶ f. intra.

N nomine S. & indiuidua Trinitatis , Karolus
 diuina fauente clementia Imp. Aug.

Si pro Dei amore locis ipsi dicatis ex nostris

rébus aliquid conferimus; & necessitates Eccle-
 siasticas nostro subleuamus iuuamine , id nobis ad æternam
 vitam feliciter capessendam profuturum liquidò credimus. I-
 deoque nouerit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostro-
 rum, præsentium scilicet & futurorum solertia : quia nos, pro
 Dei amore, animæque nostræ remedio concessimus ex rebus
 nostris ad Capellam nostram, quæ est in honore sanctæ & in-
 temerate Virginis MARIAE constructa * infra ciuitatem Ra-
 desponam, Eccleiam vnam cum casa & curte , & cum omni-
 bus iustè ac legaliter ad ipsam Eccleiam pertinentibus, cam-
 pis, pratis, paœuis, syluis, terris cultis & incultis ; aquis aqua-
 rumque decursibus, viis, & iuuuis, accessibus & egressibus, ad-
 facentiis, finibus : eo videlicet ratione tenore , vt deinceps
 perpetualiter ex ipsis rebus indeficienter luminaria ad san-
 ctum locum pro anima nostræ remedio habeantur. Vnde &
 hoc nostræ auctoritatis præceptum exinde fieri iussumus; at-
 que iubemus, vt nostris temporibus , & futuris præfatae res
 ad præscriptum sanctum locum inuiolabiliter permaneant,
 nullusque habeat potestatem exinde aliquid minuere, vel ab-
 strahere. Et vt hæc nostræ concessionis auctoritas per fu-
 ga tempora, à cunctis fidelibus nostris verius credatur,

& diligentius obseruetur, manu propria sub-
 ter eam confirmauimus, & annulo
 nostro insigniri ius-
 sumus.

IV. DI